



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

Qualiter inualidè professis, seu in Societate incorporatis liceat Religionem  
deferere, & aduersus illam reclamare. punct. 7.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

PUNCTUM VI.

An in Societate Iesu esse possit ratificatio professionis, vel incorporationis inualida.

SUMMARIUM.

1. Proponitur dubitandi ratio.
  2. Statuitur in Societate Iesu esse posse professionis, seu incorporationis inualida ratificationem.
  3. *Iisdem actibus ac in aliis religionibus inducitur ratificatio.*
- V**idetur in Societate Iesu non posse inualidam professionem aut incorporationem ratificari; quia modus ordinarius ratificandi professionem inualidam est tacita professio, ut constat ex his, quae diximus *hac disp. punct. 1. in fin.* Ergo non potest esse professionis, vel incorporationis inualida reparatio.
2. Carerem dicendum esse esse posse, & verè esse in Societate professionis, seu incorporationis inualidæ reparationem. Quia hac reparatione professionis inualidæ non solum iure antiquo, sed nouo Trid. *sess. 25. c. 19. de regular. taciurnitate* quinquennij approbata est in fauorè religiosi status, & in pacem & quietem religiosorum, à quo iure locietas excepta non est, nec excipi conueniebat, sic docuit *Suar. t. 4. de relig. tr. 10. lib. 3. c. 8. & n. 5.* Neq; obstat professionem, seu incorporationem tacitam non habere locum in Societate, quia hoc est verum de professione, seu incorporatione tacita, quæ primò, & per se fit, secus verò quæ fit ad reparationem professionis, seu incorporationis inualidæ. Nam cum de hac reparatione nihil Societas disposuerit, & Trid. in suo generali decreto Societatem non exceperit, efficitur sanè voluisse comprehendere.
  3. Quod si inquiras, quibus actibus reuadatio professionis, seu incorporationis in Societate inualida esse censetur? Respondeo iuduci eodem modo, ac in aliis religionibus, nempe annuali gestatione habitus professorum, seu incorporatorum, & eorum exercitiis. Neque obstat hæc omnia nouitiis communia esse, quia sufficit, quod etiam sint professorum, seu incorporatorum propria. Neque item obstat in Societate varios gradus esse, quibus status religiosus constituitur, nempe scholasticum, coadiutorum, formatorum, professorum, trium, vel quatuor votorum, quominus nõ possit reuadatio fieri in aliquo determinato gradu. Fir enim reuadatio in eo determinato gradu, in quo expressè, esto inualidè, quis constitutus est; quia ad eum ratificandi subsequens gestatio habitus, & exercitia distinguitur.

PUNCTUM VII.

Qualiter inualidè professis, seu in Societate incorporatis liceat religionem deserere, & aduersus illam reclamare.

SUMMARIUM.

1. Quid statuerit Tridentum.
2. Procedit constitutio agud de incorporatis per vota biennij in Societate, ac de professis.
3. Computatur quinquennium à die professionis.
4. Procedit aduersus ignorantem, & impeditum secundum opinionem Sanchi.
5. Numeratur quinquennium à die professionis, vel à die sublati impedimenti cogniti, quoad effectum ratificationis, seu reclamatiois?
6. Coram quo superiore reclamatio facienda est.
7. Ad allegandas causas nullitatis debet habitum retinere, nec à superioris obedientia discedere.
8. Si certo cognoscis professionem nullam fuisse, nec ratificasse, an fugere possis. Affirmant aliqui.
9. Distinguedum est de professione, quam nullam esse probare potes, vel quam non potes probare.
10. Si de facto fugias etiam eo casu, quo professionem nullam esse probare posses, non teneris redire.
11. Elapso quinquennio audiri non potest religiosus.
12. Dicitum decretum non habet locum nisi impedimentum sublatum sit.
13. Si sublatum sit impedimentum, & nulla aduersus impotentiam reclamatio, an possit dari restitutio in integrum proponitur dubitandi ratio. Resoluitur posse.
14. Diuersimodè minoribus, & maioribus hoc beneficium conceditur.
15. Quo tempore post quinquennium allegare possit maior ignorantiam, uti datur restitutio.
16. Rogatus an sciverit, negare potest, si non ratificauit.

**C**um sæpe contingat professionem inualidam esse, neq; hæc professum velle illam ratificare Trid. *sess. 25. c. 19.* in hæc verba statuit. Quicumq; regularis præcedat se per vim, & metum ingressum esse religionem, aut etiam dicat ante ratem debitam professum fuisse, aut quid simile, velleq; habi-

tū dimittere quacunque de causa, aut etiam cum habitu discere sine licentia superiorum non audiatur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas præcenderit, deduxerit coram superiore suo, & ordinario. Quod si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur, sed ad monasteriū redire cogatur, & tanquam apostata puozatur, interim verò nullo priuilegio suæ religionis inuenitur. Ex quibus verbis constat sic inualidè professū intra quinquennium à die professionis, & non vltra allegare posse causas nullitatis suæ professionis, modo tamè habitum propria auctoritate non dimittat, neque ex religione sine superiorum licentia habitu retento discedat. Nam si habitum dimittit spontè, denegatur illi audientia, & pœnis apostatae punitur, nullòq; religionis priuilegio inuenitur.

2. Quod decretum æquè de incorporatis per vota biennij in Societatem loquitur, ac de professis sum Societatis, tum aliarum religionum, quia verè religiosi sunt, & quantum est ex parte sua se religioni, & diuino obsequio perpetuo emanciparunt, *Suar. t. 4. de relig. tr. 10. l. 3. c. 8. num. 6.* Item hoc decretum comprehendit milites S. Ioan. Hierosolimitani. Nam ebo communiter in decretis Trid. pro regularibus editis hi milites, & aliorum militarium ordinum non comprehenduntur, nisi eorum expressa mentione facta. At in hoc decreto ex decretariae Cardinalium milites S. Ioan. censentur comprehensivi, ut dicitur *deciūm Barb. d. loco consilij, c. 3. de potest. Episc. alleg. 10. q. 10. Suar. t. 3. de relig. lib. 2. c. 4. in fin.*
3. Primò ergo statuit Concilium quinquennium intra quod religiosus reclamare possit, computari à die professionis, quam ipse religiosus oppugnare intendit. Quæ verba difficultate non carent; nõ sæpe ab illo die non cessat impedimentum, quod nullà reddit professionem, & sæpe ignoratur ob illud impedimentum nullam esse professionem, quomodo ergo ab eo die computandum est quinquennium? Deinde ex hac quinquennij persequetia præsumitur ratificasse suam professionem eam quo nulla fuisset, si in toto ferè quinquennio durauit impedimentum, quod reddidit professionem nullam, aut illius ignorus fuit, nulla ratione poterit ius eo tempore præsumere ratificari professionem, cum id sit impossibile: ergo quinquennium ex quo hæc præsumptio defumitur non à die professionis, sed à die sublati impedimenti cogniti computandum est. Neque hæc doctrina pugnat cum Trid. decreto dicens quinquennium ad reclamandum computandum esse à die professionis tantum, quia id debet intelligi, casu quo ab ea die cesset impedimentum, quod verè esse tale religiosus cognoscebat.
4. Nihilominus Sanch. *li. 7. de matr. disp. 37. n. 19.* latè probat hoc quinquennium cõputandū esse à die professionis tantum, & procedere aduersus ignorantem, & impeditum. Mouetur quia sic professo interdicitur transacto quinquennio audientia non in odiū suæ negligentia, quod toto eo tempore non reclamauerit, sed in fauorè religionis, ne litibus oppugnatibus suæ professionis perturbetur; at quoties tempus datur alicui ad agendum, non in odiū, sed potius in fauorè tū ipsius, tū alterius cuius ignoranti & impedito, ut cum *Glossa. c. statutum, verbo numerandū, de præbendis, in 6.* aliiq; doctoribus firmat Sanch. *supra.* Ergo hoc quinquennium currit ignorantem impeditum, & impedito ad reclamandū. Secundo probatur quia præscriptio procedit aduersus ignorantem, & impeditum, tamen ob ignorantiam & impeditum reclamandi restitui possit. Cõstat, quia ebo præscriptio nõ currat cõtra habentem impedimentum iuris deegnit actionem; at bene cõtra habentem impedimentum facti cui beneficium restituitur. At qui professionem fecit impeditum durate impedimento optime potest reclamare, quod si ob ignorantiam omisit non ex iure, sed ex facto impeditur, ergo currit illi tempus. Tertio, nõ obuiaretur litibus, nec religionis tranquillitas obinueretur, quod fuit illius decreti intentus, si contra lapsum quinquennij cõcederetur allegatio ignorantia. Tandem probat ex verbis Trid. nisi intra quinquennium tantum à die professionis numerandum, & ponderat dictionem tantum que exclusiua est, & affirmatiua illius, quod ponit, & negatiua omnium aliorum casuum præter expressos, *leg. ob as. C. de prædijs minor. c. l. c. l. c. l. de regu. iur. c. cum Ecclesia butrina de causa possid. c. proprias.* Deinde pōderat dictionem tantum non fuisse necessariam, sed additã esse maioris claritatis gratia, & vt nullus ambigendi locus superesset numerationem faciendam esse à die professionis, procedereque contra ignorantem, & impeditum.
5. Verū retinenda est prior sententia, quam implem Sanch. videtur probasse *d. disp. 37. n. 34.* ibi enim probet, si toto quinquennio durauerit impedimentum, aut impotentia reclamatio illud quinquennium non esse numerandum, tamen sublatum non aliud quinquennium concedendum esse sed arbitrio prudentis tempus esse signandum intra quod reclamare, & audiri possit. Quod si intra quinquennium cessauerit impedimentum, videndum est (inquit) an arbitrio prudentis sufficiens tempus intra illud manet ad reclamandum: si enim manet, non est aliud tempus indulgendum, secus è cõtra. Ergo quinquennium in sententia Sanch. non currit impedito à die professionis. Ratio autem meo iudicio est hæc: nam hoc quinquennium, quo transactò interdicitur religio potestas oppugnandi



batur enim praesumptio in eo, quod sublato impedimento toto illo quinquennio sponte non reclamaverit. Probato ergo vel adesse impedimentum, vel impotentiam reclamandi tollitur fundamentum praesumptionis, sicuti aduersus matrimonium ex copula subsequenti praesumptum admittebatur probatio concludens non interuenisse copulam aut sponsalia, aut esse dissoluta. At quia raro haec impotentia concludenter probari potest, sed ad summum probabiliter, ea de causa ob illam utcumque probatam datur restitutionis beneficium, ut infra dicemus: sic multis allegatis docet Sanch. *disp. 37. n. 33.* Lessius *lib. 2. c. 41. dub. 7. n. 64.* Suar. *tom. 3. de relig. lib. 7. c. 4. n. 6.*

13. Verum si impedimentum intra quinquennium sublatum fuit, & nulla adfuit impotentia reclamandi; vel si illa adfuit, eam probare liquidò non potes, & ex alia parte professionem ratificare non vis, nulla superest via, ut audiaris, nisi utaris beneficio restitutionis in integrum. Quod an in praesenti locum habere possit, non caret difficultate; eo quod matrimonium, & professio semel facta indissolubilia sint, & restitutio conceditur ad dissoluenda ea aduersus quae datur. At Trid. statuit reuocari professionem gestatione spontanea habitus professorum, & eorum exercitiis per quinquennium. Ergo eo lapsò non potest esse restitutio, quae hanc reualidationem infirmit, sic Flaminia *lib. 13. de resignat. benefic. q. 5. n. 46.* Zauillos *in suis 99. praef. q. 500. in fine.*

Ceterum verius est aduersus hunc quinquennij lapsum dari restitutionem posse, sicut in aliis materiis: sic Nauarr. *tom. 4. de regular. n. 71. vers. tertio. c. n. 76. vers. secundo. c. li. 1. cons. 111. de his quae conser. 7. n. 2. in vtraque edit. c. lib. 3. de regular. cons. 23. in 2. edit. Azor. 1. p. li. 13. c. 4. q. ult. Sanch. optimè probans, *li. 7. disp. 37. n. 22.* Lessius *lib. 2. c. 41. dub. 7. n. 65.* Barbola *3. p. de potest. Episc. alleg. 104. n. 108.* Aloyf. Riccius, *resol. 550. n. 6. c. 1. q. 1. Ratio* ea est, quia restitutionis beneficium aduersus praescriptionem longi temporis iure specialia, & extraordinario tam minoribus, quam maioribus conceditur, diuersimodè tamen: ut constat ex *c. 1. c. 2. de restit. in integrum. li. 6. c. ex l. 1. §. fin. ff. ex quib. causis maiores*, & tradunt specialiter Couar. *reg. poss. 3. p. §. 3.* Matienzo *li. 5. recopilat. tit. 11. l. 8. gl. 12. à n. 4.* Sed Concil. Trid. non interdicat huius restitutionis beneficium aduersus praescriptionem quinquennij. Nam esto dixerit eo lapsò non esse audiendum, intelligi potest via ordinaria, secus hac via extraordinaria: nam leges generaliter actionem interdicentes non intelliguntur de actione competente ex iure specialia, & extraordinario, sed ex iure communi, & ordinario, iuxta glossam receptam in *l. postquam lit. C. de pactis*, & tradit aliis allegatis Marien. *d. tit. 11. l. 8. gloss. 13. n. 6.* Molin. *lib. 3. de primogen. c. 13. n. 65.* Neque etiam ex natura huius praescriptionis inferitur denegandum esse restitutionis beneficium: quia haec religionis praescriptio, quia regulari denegatur audientia elapso quinquennio, nititur professioni non verè, sed praesumptae: At ad enervandam praesumptionem iuris, & de iure restitutio minoribus, tum maioribus solet concedi, iuxta *l. si mater. ff. de except. rei iudicatae*, ubi datur restitutio contra sententiam, quae transit in rem iudicatam ex causa rationabili. Ergo dari potest aduersus hanc praescriptionem restitutio.*

Neque obstat opposita dubitandi ratio, Fatemur inquam non posse dari restitutionem aduersus professionem certam, sicut neque aduersus matrimonium certum; quia dissolui non possunt, bene tamen aduersus professionem, & matrimonium praesumptum; quia probari potest praesumptionem veram non esse, neque in veritate fundatam; eo quod verè professio nec facta, nec ratificata sit, nec matrimonium contractum.

14. Porro huius restitutionis beneficium diuersimodè minoribus, & maioribus conceditur. Minoribus namque, hoc est illis, qui nondum 25. annum compleuerint, ex duplici causa. Primò ex causa minoris aetatis tamen si sciuerint eorù professionem nullà esse, & poterint reclamare; quia in hac restitutione eorù fragili naturae fauere intenditur. Secundo ex impotentia reclamandi, siue ex metu, siue ex ignorantia nullitatis professionis prouenerit, quia haec causa (ut illam dicam) iusticiens est, ut maioribus restitutio concedatur. Maioribus 25. annis solum ex hac impotentia restitutio est concedenda; quia solum illis conceditur restitutio ex causa rationabili, qualis est impotentia, ad quam reducitur probabilis ignorantia. Nā qui probabiliter ignorat ius sibi cōpetere ad rem, quae praescribitur, iuste dicitur impeditus ne agere possit, debet ergo restitui, iuxta *l. 1. §. ult. ff. ex quib. causis maior c. l. 1. §. si quia autem. ff. de itinere, actibus priuato*, & aliis relatis docent Matienzo, & Couarr. *supra*. Dixi ex iusta, & probabili ignorantia; quia crassa, & supina utpote culpabilis, non prodest ad effectum restitutionis, sicut nequius ignorantia, nisi sit iuris nimis recondita, aut ignorans sit miles, rusticus, vel mulier, in quibus ob eorù conditionem ignorantia iuris facile solet praesumi, Sanch. *disp. 37. n. 27.* Quapropter haec in parte difficulter ignorantia probari potest eū si ignorantia iuris, detur; aduersus illā iuris praesumptio. Vide dicta de probatione ignorantiae *p. 11. 2. de peccatis, disp. 1. pun. 19.*

15. Restat quo tempore post quinquennium allegare maior possit ignorantiam, ut ei detur restitutio? Respondet Sanch. *dicta disp. 37. n. 26.* cum Couarr. & Matienzo, locis allegatis, esse

omne tempus, quo ignorantia durauerit etiam centum annorum, qui ea ignorantia stante enervatur praesumptio ratificationis stante verò scientia nullitatis, & potentia reclamandi quadriennum iure communi concedi; ex *c. 1. de restit. in integr. reg. in 6. leg. fin. C. de temporib. in integr. restit.* At in hoc euentu existimat id tempus non concedi nam eo ipso, quo sublato impedimento, & stante scientia nullitatis se quis professurum actibus ingerit, censetur tacite profiteri, & non reclamando elapso quinquennato professionem factam ratificare.

Ceterum verius credo, maioribus iure communi restitutionem concedendam non esse quadrienno elapso à tempore finitae praescriptionis qualiter interueniente ignorantia. Quia si quadriennum concessum pro beneficio restitutionis comparandum esset à die, quo cognoscis aduersus te praescribenda esset restitutio in quadragenaria, & centenaria praescriptione, quod certe communiter reprobatur, ut videre est in Couar. *reg. poss. 3. p. ult. §. ult. n. 2.* Matienzo *d. l. 8. gloss. 12. n. 10. c. 16.* In praesenti casu distinguenda est ignorantia. Alia est ignorantia nullitatis professionis, alia termini concessi ad reclamandum. Si ignorantia nullitatis adit, toto eo tempore poteris reclamare; quia praesumptum non potes professionem ratificare: cessante verò ignorantia, & sublato impedimento incipit quinquennium computari, intra quod iure ordinario reclamare potes: si verò ignorantia tantum sit termini concessi ad reclamandum stante scientia nullitatis, & sublato impedimento ad reclamandum, & ad ratificandum, credo concessi quadriennum via restitutionis in integrum, ut elapso quinquennio possis, cum maior sis, reclamare. Quia si in huiusmodi casu non conceditur maioribus restitutio, ut reclamare possent, nullus est casus in quo illis necessarium sit vii beneficio restitutionis in integrum. Nam stante ignorantia nullitatis professionis, vel impedimento ad reclamandum, vel ad ratificandum, non iure extraordinario restitutionis, sed via ordinaria agere possunt; quippe non labitur quinquennium, quod fit tempus apertum ratificationis. Neque obstat argumentum Sanch. quod stante scientia nullitatis professionis, & sublato impedimento inducitur professio tacita gestatione habitus professorum, & eorum exercitiis, & quinquennij non reclamacione illius professionis inualide ratificatio. Quia non inducitur vera ratificatio, sed praesumpta; ac proinde quadriennum dari potest via restitutionis, ut examinecur, an vera praesumptio sit, aliàs nec minoribus cognoscitibus nullitatem (sue professionis & sublato impedimento) habitum professorum gestantibus concedenda esset restitutio.

16. Illud tamen dictum Sanch. *disp. 37. num. 28.* cui conferret Lessius *lib. 2. c. 41. dub. 7. n. 65.* verum existimo, nempe in foro conscientiae maiorem, qui intra quinquennium professionem non ratificauit, posse rogatum, an sciuerit suam professionem fuisse nullam, vel labi quinquennium intra quod conceditur restitutio, negare se sciuisse subintellecta restitutioe ex parte intellectus, ut professorem ratificaret; quia de scientia vili, & fluctuosa ratificationi rogatur, non de alia.

PUNCTVM VIII.

Quos effectus habeat religiosa professio, & biennia in Societate Iesu incorporatio  
S V M M A R I V M.

1. *Transit in dominium religionis.*
2. *Soluitur patria potestas, & qualiter restat in ceteris.*
3. *Remittuntur peccata, quae qualiiter poenam. Et qualiter contingat.*
4. *Communtantur omnia vota.*
5. *Vit haec communitatio iure non diuino sed Ecclesiastico consuetudine introducta.*
6. *Si professio huic communitationi contradicatur effectum non habet.*
7. *Incorporatione in Societate non extinguuntur vota sed suspenduntur.*
8. *Tollitur irregularitas ex defectu natalium.*
9. *Sed non quoad praelaturam, nec beneficium curatum.*
10. *Sola professione tollitur haec irregularitas.*
11. *Item votis biennij.*
12. *Excluduntur summa illegitima à munere Abbatis, & Prioris.*
13. *Non excluditur corrupta.*
14. *Purgatur inhabilitas ad actus temporales.*
15. *Deletur ingratitudinis nota.*
16. *Item matrimonium irritatur.*

Varij effectus à doctoribus enumerantur, quos breuiter percurramus.

1. Primus & quasi substantialis professionis effectus est, ut vi illius in dominium, & potestatem religionis transeat obligatorum in omnibus, quae sunt iuxta ipsius regulas, & constitutiones, ipsaque religio vicissim tibi obligare te alere, & gubernare filium, & bernare, sicuti obligat mater alere, & gubernare filium, & dominus seruum, teipublica tuam ciuem, ipsaque seruus, filius,